

pointed for the future should be called *New Scotland*. And King *Charles I.* created afterwards for this new kingdom an order of Barons, which still subsists.

As this country is naturally divided by a great gulf or arm of the sea into two parts ; to the north the main land, and to the south a large peninsula ; Sir *William*, pursuant to the power which he had by his patent, divided it accord-

per terram, seu currere versus septentrionem concipietur ad proximam navium stationem fluvium vel scaturiginem in magno fluvio de Cannada sese exonerantem. Et ab eo per-gendo versus orientem per maris oras littorales ejusdem fluvii de Cannada, ad fluvium stationem navium portum aut littus communiter nomine de Gachepe vel Gaspie notum et appellatum ; et deinceps versus Euronotum ad insulas Bacalaos vel Cap. Briton vocatos, relinquendo easdem insulas à dextra, et voraginem dicti magni fluvii de Cannada, sive magno stationis navium, et terras de Newfoundland, cum insulis ad easdem terras pertinentibus à sinistra : et deinceps ad caput sive promontorium de Cap. Briton prædictum, jacens prope latitudinem quadraginta quinque graduum, aut eo circa. Et à dicto promontorio de Cap. Briton, versus meridiem et occidentem ad prædictum Cap. Sable, ubi incipit perambulatio, includenda et comprehendenda intra dictas maris, oras, littorales, ac earum intra dictas maris, oras, littorales, ac earum circumferentias à mari, ad omnes terras continentis, cum fluminibus, torrentibus, sinibus, littoribus, insulis aut mariibus jacentibus prope infra sex leucas ad aliquam earundem partem, ex occidentali, boreali, vel orientali partibus, orarum, littoralium, et præcinctuum earundem. Et ab euro noto (uti jacet Cap. Britton) et ex australi parte ejusdem ubi est Cap. de Sable omnia maria ac insulas versus meridiem intra quadraginta leucas dictarum orarum littoralium earundem magnam insulam vulgariter appellatam Isle de Sable, vel Sablon, includen. jacens versus carban (vulgo south-south-east), circa triginta leucas à dicto Cap. Britton, in mari, et existen. in latitudine quadraginta quatuor graduum, aut eo circa. Quæ quidem terræ prædictæ omni tempore à futuro nomine *Nova Scotia* in America gaudebunt ; quas etiam præfatus dominus Willielmus in partes et portiones, sicut ei visum fuerit dividet, iisdemque nomina pro beneplacito imponet, una cum omnibus fodiinis, tum regalibus, auri et argenti, quam aliis fodiinis, ferri, plumbi, cupri, stanni, æris, &c.